

Comentus Wimperien: J. Wini Foratum Gaudiatorum

4

Dilectio

Folio primo

Egestis romanorum historie notabi-
les de vicis et tribus tractantes cum
applicationibus moralizatis et miseriis
incipiunt feliciter. **Ca. primū**

De dilectione.

Ompelius
regnavit dives valde et
potens: qui filiam vni-
tam et pulchram habebat
quam tenerime diligebat. ita quod per
custodia quinque milites ei assignavit
ut contra omne periculum sub pena gra-
ui eam custodiret. Milites vero diebus
ac noctibus armati eam custodiebant. et
ante ostium camere lampadem arden-
tem ordinabant. ne aliquis de nocte ad
eam accederet: ipsi dormientibus vel
eis ignorantibus. Et quendam canicu-
lum bene latrantem habebat: per cuius la-
tratum excitari possent. Puella ista te-
nerime nutrita erat: que multum ante
labat mundi spectacula videre. Cum autem
semel foras perperisset: venit quidam
dux qui cum oculis impudicos in eam
iniecit statim captus est in amorem eius
quia pulchra nimis et oculis omnium
erat gratiosa ac imperatoris filia unica:
que post mortem patris iure hereditario
imperium obtineret. Dux iste multa ei
promisit. ut eius consensum obtineret
Nulla vero sperans de promissione con-
senserit. statim caniculum parvum occidit lam-
padem extinguivit et de nocte ducem est se-
cuta. **Hanc** vero facta est questio ubi
devenit. Erat tunc in palatio regis pu-
gil fortis: qui semper pro iusticia iperij
pugnavit: qui cum audisset quod filia patris
contempserat: agili cursu post eam curzebat
Dux vero cum eum armatum vidisset
venientem. duellum cum eo commisit. Sed
pugil prevaluit et caput eius amputa-

vit et puellam ad palacium reduxit. tal-
men faciem patris multo tempore non
vidit: continue gemitus et suspiria emi-
tebat. **Hoc** audiens quidam sapiens
in curia imperatoris: qui semper media-
tor inter imperatorem et alios erat constit-
utus motus pietate: per eum est pater
reconciliatus ac nobilissimo viro despon-
sata. Quo facto varia donaria a patre
recepit. Primo tunicam talarem poli-
mitam undique intertam: hoc habebat.
Dimisit tibi ne adicias ultra. A rege
quandam coronam auream habuit sic
insculpta. Ex me tua dignitas. A pro-
pugnatore habuit anulum unum cum
hac scriptura dilexi te. Disce diligere.
A sapiente mediatore alium anulum re-
cepit sic sculptum. Quid feci: Quan-
tum: Quare: A filio regis etiam anulum
sic scriptum. Nobilis es. nobilitate tua
ne contemas. A germano proprio alium
anulum recepit: in quo erat scriptum Accede
ad me ne timeas: fratris tui sui. A ipso
sigillum aureum: quod sibi hereditas ipsius
confirmabatur collata est: cuius scriptura
erat. Jam coniuncta es noli amplius er-
rare. Puella postquam ista dona receperat
ea quod diu vixerat custodivit: et ab omnibus
dilectis et dies suos in pace finivit.

Moralizatio.

Quissim. im-
perator: iste est ipse pater ce-
lestis: qui vocavit nos per
passionem filij sui de fauce dyaboli. Ipe
est rex regum et dominus dominantium. **Deut.**
xxxij. Nunquid ipse est pater tuus qui
possedit fecit et creavit te. Filia unica est
anima rationalis: que traditur quinque
militibus. i. quinque sensibus ad custodi-
endum: qui sunt armati per virtutes quas
homo in baptismo recepit. Isti sensus sunt
visus. auditus. et ceteri. qui habent contra dyabolum
mundum et carnem eam custodire. Lampas

e ij

Großherzoglich
Hessische
Hofbibliothek.